



M. ANTONII
SABELLICI,
RERUM VENETARUM
AB URBE CONDITA,
DECADIS PRIMÆ,
LIBER VII.



Michaeli defuncto Petrus Polanus illius gener
successit. Sub primam hujus administra-
tionem Phanenses in Venetorum fidem ve-
nere: auxilia, quum opus esset, & ad au-
reæ ædis usum olei mille pondo, pecu-
niamque ad hæc tributi nomine annuam
pollicentur. Causam tributi hujus fuisse
crediderim, quod aliquo gravi bello illi a Venetis fuerint
adjuti, quod ex scriptoribus quidam significare videntur:
quanquam adversus quos sint pro eis sumpta arma, non
dicant. Bonfilius Michael, qui Salvatoris fano vicario no-
mine

1130

*Petrus Po-
lanus Dux
creatur.*

*Phanenses
in Veneto-
rum fidem
veniunt.*